

## 30 CHYMLICOR. PRINCIP.

Med. Ae-  
gypt. c. 6.z. Apho-  
ris. 23.Libr. 2.  
Quæst.*An quicquā  
vitæ lon-  
gæ uitati  
deroget an-  
timonium.*

dino interloquēte ait, quosdam Stibio præparato, antiquas hepatis lienisque obstrunctiones, quæ alijs personari non poterant, funditus deleuisse. Eum in finem scilicet, Veratrum album ab Hippocrate non fuisse neglectū: cuius permisso, ad animi quoq; defectum, exterminda sint ea, quæ ducere expediat. Nimirum, vel hanc saltem ob causam, Andreas Chioccus, Veronensis medicus & philosophus, Stibium non auersatur.

Ast iam si paullò attētiūs rectæ rationis bilance expenderimus, quātumuis initiò vires, morboſo conflictu libertæ, momento reficiātur, sitne tamē breuioris vitæ ingratus nimiū proxeneta Stibium: comperiemus, inuentum heic eorū se prodere, quos humani affectus vltra equitatis limites oppidò quām longissimè extulerint. Ut maximè enim huius persuasę opinionis plures sunt assertores: at saltem laboriosius eam ob causam id confient, quò magis deprehēdantur ipsi rei naturæ aduersari. Etenim si mortem accelerat Antimonium, vel eo ipso momento hoc aget, quo intra-

cor-